



I.d. 15
4332



Cim. 4332





Cam 4332

Poet. 1281.

Huc vultum Præful vertas: huc sancte benignū
Et fauceas ouibus pastor amande tuis,



Cerne tuam Præful placato lumine gentem,
Atq; regas nutu regna Polona tuo,

PAVLI CROSNENSIS RVTHENI PANEGYRI-
cus ad diuū Stanislauū Præsulē sanctissimū: & martyreū vī-
ctoriosissimū, ac Patronū Regni Poloniæ
beneficientissimum,

T Mpia crudelis mēs est mihi facta Tyranni
Carpere: & infanas dilacerare faces,
Atq; tuas præsul sc̄tissime dicere laudes,
Quas recinīt toto docta caterua solo,
Adsis oro meīs præsul dignissime ceptis
Et rege fluctuagam per freta lassā ratem,
Est regio gelidum late protensa sub axem,
Quam videt e superis vrsa gemella locis,
Cui dedit excelsus felicia sydera vertex:
Cui dedit & clarus nomina clara polus,
Hanc qua phosphoreus p̄mit sua lumina Phœbus
Cingit prærapidis Hīstula curuus aquis,
At Tartessiacos quæ spectat portio fines,
Alluis hanc vndis Odera flauæ citis,
Verum quæ pluuios se pars extendit ad Austros,
Hanc tangit syluis terra Boema suis.
At quæ Riphæis contunditur ora pruinis,
Hanc stringunt Scythico flamina dira fretis,
Turrigeræ hac fulgent regalia mœnia Crocæ,
Hacq; vigent Sophiæ dogmata cuncta dex.
Antistes genitus prope quā perhibetur amandus,
Quam prope natiuos atq; habuisse lares,
Quam prope primæuæ cepisse exordia vitæ,
Dicitur: & cunas continuisse leues,

Qui licet extiterit maiorum nomine clarus,
At factis fuerat clarior ipse suis,
Ut primum teneris potuit consistere plantis,
Virtutis sanctam coepit inire viam,
Monstrabat prima laudandos indole mores,
Ingenijque simul larga fluenta boni,
Sedulo contempsit quidquid mortale putatur
Attollens animum sidera ad alta pium,
Respuum & quicquid iuuenilis concolit aetas.
Despexit ludos, gaudia vana, iocos,
Sed corpus castos tenerum deflexit ad usus,
Stramineo posuit membra beata toro,
Atque animum studijs vigilem formabat honestis
Consectans artes mente nitente bonas,
Vberius quas ut studio cumularet acuto,
Parrhasias subito gessit adire scholas,
Illic diuitias intento corde perennes,
Quarrit, & Aonijs scripta profunda chori,
Ut sit Sarmaticae praecellens gloria gentis,
Et degat patriae clarus honore suae,
Inde lares multa stipatus merce paternos
Inuisit patrij splendor: honosque soli,
Hic animum gessit multa virtute decorum,
Contemnens blanda perfida iura deae,
Atque bonum monstrat per quas conquirunt artes
Supremum: & verae religionis iter,
Praedixit cello magnum residere Tonantem
Coelo, atque humani cernere facta chori,
A ij

Magnaꝫ curpidulis vicijꝫ tormenta daturum,
Necnon virtuti præmia digna facrae,
Cuius per celebri tunc fama, ac nomine motus
Lampertus niuei duxqꝫ paterqꝫ gregis,
(Non iacet abstrusis virtus formosa cauernis,
Sed volitat cursu cuncta per ora cito.)
Illum ad se iussit verbis accire benignis,
Canonicumqꝫ sibi contulit vltro decus,
Et pastorem senio confectus anili
Ille sibi curam credere sponte cupit;
Haud aliter templi curat committere sacri
Frena & christicolum credere rite gregem,
Quam Lybicus senio confectus pastor inertis,
Querit cui proprias tuto relinquat oues,
Sic Atlas vasti depressus pondere cœli
Sufficit Alcidaæ pignora cara senis,
Sed putat indignum moderamina sumere sancta
Dum carpat nitidi munera grata poli,
Verum vbi lanificæ ruperunt fila sorores,
Liquit & effœtas vmbra beata casus.
Huncce pij voto gaudent optare benigno
Patres, huic templi & tradere iura sui,
Ecclesiæ iustas, inuitus sumpsit habenas,
Etcapiti imposta est infula cara pio,
Non hic vt nostro contingit crebriter æuo
Tantum quæsierat ære nitente decus,
Sed propria tantos sibi conciliauit honores
Virtute, & factis vsqꝫ merendo bonis,

Vt caret igniuomo sol nunquam lucidus ortu,
Sic virtus meritis non caret ipsa suis,
Ergo multiuigo (vt fuerat) radiabat honesto,
Et cepit populum rite docere rudem,
Attamen vt gentem citius formaret inertem,
Omnibus exemplum prebuit ipse bonum,
Ipse Dionæas splendenti pectore sordes,
Fugit & indomiti munera cæca dei,
Ipseque nec genio mehercle indulsit opimo,
Sustinuit modicis membra sacrata cibus,
Nulla illum fuluū tangebatur cura metalli,
Tempfit Erythræis eruta dona vadis,
Non hunc Sidonio nutritæ murice vestes,
Non plenus Syriõ munere mouit onyx,
Non hunc vexabat feruens stipis ardor habendæ,
Non hunc imperij dira libido sacri,
Nanque animum duris cupidū cohibebat habenis,
Addebat votis firma lupata suis,
Diuitiasque sacros templorum vertit in vsus,
Et tulit in turbam munera larga piam,
Ac fouit cari sanctissima dona decori,
Et coluit niueam cum probitate fidem,
Et potius mortem voluit tolerare rapacem,
Quam trutinam iustæ præterisse libræ,
Nanque voluptates cognouerat esse caducas,
Posse sequi dominos nec bona magna suos,
Nec nisi per multos cœlestia regna labores
Quærenda: Elisij & prata beata loci.

Et fatius diras non longo tempore p̄anas
Perpeti. & æthereas conciliare domos,
Quam bona complecti paruum mansura per ausi,
Et demum Stygios inhabitare lacus,
Multaq; pro domino toleranda picula Christo,
Qui fuit exemplo solus ad usq; bono,
Brachia qui ferro tribuit figenda cruento,
Adiungens plantas: pectus & inde pium,
Tolleret ut sauo conclusum carcere vulgus,
Ferret & ad superos magna trophæa polos,
Non hic Niliaci coluit sacra falsa Tyranni,
Nec Pelusiacæ numina vana deæ,
Verum Thuricremas lustrabat sedulus aras,
Diuinas adiit nocte: dieq; fores,
Atq; Panomphæo soluebat vota Tonanti,
Vouit Idumææ pectora casta deæ,
Non secus Antistes summa probitate colendus
Fuscabat fidei culmina magna sacrae,
Quam multo exoriens nebulis fulgore remotis,
Sol fuscet radijs astra minora suis,
Verum ubi virtutem sub iniquo principe nullam,
Sentiret tutam: vel iuuenile decus,
Atq; sub incesto nullum durare pudorem
Rege: & honestatem suppeditare probrum;
Illius & populum passim damnare misellum,
Audiret miseris facta nefanda modis,
Castigat clara sceleratum uoce Tyrannum,
Terruit & sauis terq; quaterq; minis,

Scilicet vt cepto iam iam cessaret iniquo,
Diceret & veræ nosse salutis iter,
Ille animo vt cautes hæsit Marpesia fixus,
Etrisit sancti verba benigna patris,
Et grauibus gessit demens illudere dictis,
Atq; salutare flocciparare sonos:
Et scelera impensis mauulit committere loris,
Quam colere egregij dogmata sancta viri,
Incipit & leges passim calcare verendas.
Et damnare fori iura: simulq; poli,
Maternis pueros teneros mactauit in vlnis,
Apposuit rabidas vberibusq; canes,
Illicura fuit castas temerare puellas.
Legitimosq; simul conuiolare toros,
Atq; vt naturæ legem mutare benignæ,
Et solitum illius vertere posset iter,
Ecce hominū spernens: brutorum ducere vitam,
Incipit: & niueam, proh) adamare feram,
Quam sibi non puduit vinclo sociare iugali,
Perq; vrbes vna ducere: perq; fora,
Quod nec in Assyrio lasciuia Semiramis orbe
Fecit: quæ celerem sollicitauit equum,
Quod nec Pasiphæ fecit Dictæa profecto:
Quæ fertur tauro succubuisse truci,
Hæc animo Præsul tolerans venerandus acerbo,
Non cessat dirum corripuisse ducem,
Verū ille impatiēs saluberrima dogmata spernens
Persequitur iustum nocte: dieq; virum,

Sursipit & multis ditissima dona facellis,
Et cupit eximio pernocuisse viro,
Sed deus inimitem compescuit ipse tyrannum,
Conseruans populi spemq; decusq; sui,
Est locus Arcioum longe porrectus ad orbem,
Consultura petit quem pia turba patrum,
Cui dedit insignis quondam cognomina Petrus,
Quo tum sacrilegus forte Tyrannus erat,
Quo tum: consueto regum de more priorum,
Concilium cierat belua dira frequens.
Hic odio clerum cepit lacerare procaci,
Pontificumq; simul dilaniare decus,
Abbatumq; graui non cessat carpere lingua
Molliculos mores: molliculosq; cibos,
Illic Stentoreo proclamans atq; boatu,
Miscet mellifluis toxica terra fonis,
Nil proprium sacras monachis concedere leges,
Non agros: fundos: praedia: prata: casas,
Necq; ideo populum decimas praestare benigni,
Primiciasq; pio pectore ferre suas,
Ut crescat tumidus nimia pinguedine venter,
Et veniant menti nubila crassa sacra,
Veru ea principibus cuncta esse regenda beatis
Cunctaq; belligeris admoderanda viris
Hinc celebrem sancto pagum subducere patri
Nititur. & templum dispoliare suum,
Olim quem Pastor suluo dignissimus auro,
Dixit se domino dissoluisse Petro.

At Rex veridicis renuit concedere dictis,
Et iussit testes ducere deinde probos,
Quos frustra Antistes quærebat iugiter almus,
Nanq̄ omnes foedo uota dedere duci,
Ergo dum tantam Præsul non ponere litem,
Nec testem parti posset habere suæ,
Illico cunctificum placido rogitamine Christum
Orans vt testem traderet ipse probum,
Guttura seruabat ternis, ieiuna diebus.
Et Christi magnam sæpe vocabat opem:
Deinde sacerdotum cætu stipatus honesto
Accedit domini busta vetusta Petri,
Illius & nigro manes detrectat ab Orco,
Restituitq̄ oculis lumina grata suis,
Qui fuerat ternos (fama est) tumulatus in annos,
Cuius & in cineres membra redacta pios,
Hoc natura parens factio studiosa stupefcit,
Hoc hærent Sophiæ dogmata cuncta deæ,
Et ne trans fluuium posset repedare rapacem,
Præcipit amni uagas tollere vbiq̄ rates,
Ast siccis calcans rapissima flumina plantis,
Hunc statuit regis perfida ante ora trucidis,
Vertice cui fuluum nituit velamen iniquo,
Et pressit manibus scepra decora feris,
Ad cuius vultum fulgebat turba tremendum
Turbula purpureis condecorata togis,
Turbula inauratis graphice circumdata vitis,
Nec non cirratis conspicienda comis,

B

Talibus illustrem factis mirata sedentum
Turba: & Sarmatici contio tota ducis,
Ipseque Rex solio stupefactus decidit alto,
Nec potuit sancto reddere verba viro,
Sed furit impatiens: tetrumque emittere virus
Tentat: & immeritum commaculare patrem
Non secus ac serpens ad motis vndique telis,
Sic furit igniuomis belua dira labris,
Quem Petrus ætheræ diuinis redditus auræ
Nutibus: atque suum lancinat vltro gregem,
Candidaque sacri transfirent limina recti,
Nec non Astrææ numina magna deæ,
Illius & iusti sensuros iudicis iram
Conclamans: dignas atque manere vices,
Cui voluit caram Præsul producere vitam
Rursum: atque hunc viuo consociare choro,
Sed renuens: poenæ finem properare cruentæ
Affirmat: lati & prata adeunda loci,
Quo facto intumuit magis: ac magis impius ira,
Et parat in fontem discruciare uirum,
Perfida & illius sæuus dolor occupat ossa,
Plumbeus & maculat lurida membra color,
Perdus: & pernox vehementi tunditur cæstro,
Nec capiunt placidum lumina fessa deum,
Quale lupus furtim parat inter ouilia bellum,
Et facit ante altam limina lata scrobem,
Sicque per insidias Rex crudelissimus atras,
Conatur sanctum contemerare patrem.

Quod vitans Præsul regalem deferit arcem,
Et petit intrepido parua facella gradu,
Conscendit rupem pauco comitante tenellam,
Quæ fuit o Michael nomine clara tuo,
Quod quom pestifero patuisset forte Tyranno
Conuolat vt dirum posset adire nefas,
Militibusq; suis confestim mandat iniquis,
Vt perimant sanctum mente valente virum,
Magnaq; victori promittit dona ministro,
Purpureas vestes laurigerumq; decus,
Ad quem q̄ multus properauit sæpe satelles,
Tam ruit in durum corpore sæpe solum,
Tum fremuit magno Rex detestandus hiatu,
Flammatisq; micat corde furente genis:
Cui furor ignitis ardens candebat ocellis.
Vt rapidis candet ferrea lamma focis.
Atq; satellitibus iactans probra plurima foedis.
Vnius horrerent ora q; alma viri,
Ensem tum propria vagina promit eburna:
Quem parat in iustum deinde vibrare caput
Et dum iam Præsul sacras celebraret ad aras.
Et domino offerret munera grata Ioui.
Confestim stricto Rex immanissimus ense
Accelerat: sæuas iniicit atq; manus.
Conficit & sanctum lethali vulnere patrem:
Et findit sacrum belua sæda caput.
In primis nares solus detruncat ad uncas.
Et refecat manibus labra rotunda suis:

Et corpus celsa iaculari rupe beatum,
Exponi rabidis præcipit atq; feris,
Quod tandem focij's malefidus tradit iniquis,
Atq; illud scindi in paruula frustra iubet,
Quod nō Myrmidonū q̄sc̄ Dolopumue patrauit,
Nō Phalaris pœnæ gl'ia prima nouæ,
Quod non Busiris mortali sanguine notus,
Nō Diomedæus quîuit adire furor,
Dignus Tantalîâ lueret qui sedulo pœnam,
Aut Ixioniam verteret vsq; rotam,
Horrida vel Tirij ferret tormenta nefandi,
Vel qui Sisyphiū perpeteretur opus,
Interea iustus nitidi re gnator olyn pi,
Quî videt e summo candida corda polo,
Bis binas celso famulas demittit ab axe,
Quis dedit in uolucres regia iura feras,
Vt custodirent concisum rite patronum,
Glandiuoræ raperent ne pia membra sues,
Et ferrent rostris venerādum corpus ad uncis,
Preberentq; suis singula frustra locis,
Perficiunt famulæ supremi iussa Tonantis,
Ponentes artus in statione sacros,
Taleq; Pontificis mox clar et corpus amandi,
Quale olim crudam claruit ante necem,
Sicq; nitet nitidus præclaro lumine præsul,
Vt micat æthereo lucida stella polo,
Assyrium large de se profundit amomum,
Ambrosiam, nardum, cinnama, thura, thymū,

+

Teritus ac mira rector nouitate cruentus,
 Permittit tumulo membra tegenda pio;
 Et meritas post hæc digno cruciamine poenas
 Pertulit: & facti præmia digna mali.
 Exul regales ultro nam liquit honores
 Expertus furias nocte: dieq; graues,
 Incertoq; vagans per densa cubilia cursu.
 Carniuoris tribuit membra voranda lupis,
 Verum animus Stygias forsitan nunc innatat undas!
 Et perfert nigri iussa tremenda dei,
 Sed fulget sacrum miro splendore sepulchrum,
 Et sancti splendent ossa beata patris,
 Adque longinquis se confert cætus ab oris
 Ingens: atq; ægri maxima turba gregis,
 Huc etenim cæci concurrunt ultro miselli,
 Huc currit clauda contio clauda gradu,
 Hucq; frequens properat contufis auribus ordo,
 Confluit huc mutis magna caterua labris,
 Huc chorus accelerat vario languore laborans,
 Huc venit & miris plebs violata modis,
 Atq; hinc discedunt sanato corpore cuncti,
 Incolumiq; petunt tecta paterna pede.
 Vitales multi hinc sumpserunt protinus auras,
 Quos rapuit saua mors truculenta manu,
 Sed quid ego claro lumen superaddere soli,
 Molior: & rutilas obtenebrare faces,
 Aut quid ego adnitor clarissima dicere facta
 Præsulis, & laudes increpitare sacras?

Quas qui non nouit hic hic uidisse profecto
Se negat auricomum lumina clara dei.
Et negat æstiuis audisse tonitrua flammis.
Ac nunquam canas sustinuisse mues.
Certe ego de multis generosi Præsulis actis
Decanto sterili paucula facta chely,
Et carpo plena raros ex arbore fructus.
Et numero picto sydera rara polo.
Nam si continuo cupiam perscribere tractu.
Quæ pariter uita fecerit: atq; nece.
Scire ergo littoreas certe conabor harenas.
Et numerare altis astra minora locis.
Quis tam ingens poterit cõplecti singula codex:
Aut scriptor celeri facta notare manu:
Nemo inq; digna hæc poterit celebrare Camœna
Aut poterit multa scribere rite scheda.
Non mihi si multis resonantia guttura cannis
Essent: & multis pectora multa labris.
Complecti possem numerofo carmine laudes:
Factaq; Pontificis commemorare pij;
Tutius est igitur tantas omittere laudes.
Tendere quam tenuis fila minuta lyrae
Quare per ætherei sanctissima numina Christi
Oro: & per picti gaudia cuncta poli,
Ne nostros spernas præsul mitissime versus,
Sed capias animo scripta tenella bono.
Post meliore canam certe tua facta cothurno,
Si dederis vitæ tempora læta mea.







